

FUNGORUM AGRI

ARIMINENSIS HISTORIA

A J. ANTONIO BATTARRA

*Lynceo Restituto & in eadem Urbe
Publico Philosophiae Professore*

COMPILATA AENEISQUE TABULIS ORNATA

QUAM SUB AUSPICIIS

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI PRINCIPIS

JOACHIMI PORTOCARRERII

CARDINALIS AMPLISSIMI

PUBLICI JURIS FECIT.



FAVENTIAE MDCCLV.

TYPIS BALLANTIANIS
SUPERIORUM PERMISSU.

pedunculi contigui innumeri, quorum quilibet exilis, albus, rigidus, & cavus. Pileolus externe rufus, circa apicem villosus, fere utrimque sulcatus, nec magis quam pictura refert, dilata-ri solet; corpus carnosum nullum; sulci creberrimi, primum albo-phoeniceo, dein atro-cinerei, denique nigri evadunt, & nigrum humorem exhibent. Hi quoque pari ratione, ut superiores D. evanescunt. Autumno, verno, ac hyemali quoque tempore prostant, & eodem *Piselia cani* nomine a vulgo appellantur. In aridis locis, majores sunt mole, ut ad H, & pileolum explicant, fere in planum, nec in tantam copiam assurgunt.

TAB. XXVII. M. Hydrophorus maluvium referens N. Ex mucoris membranulis surgit pedunculus exilis, laevis, albidus, sericosus, rigidus, & cavus. Pileolus superne laevis, & albidus; sulci crebri, & albidi; corpus carnosum oppido paucum. Verno tempore circa Sabinianum prostat.

TAB. XXVII. N. Hydrophorus maluvium referens alter N. Pedunculus cum superiori congruit. Pileolus externe flavicat, laevis est, apicem nigricantem, & acutum habet, & circa eum villos rufos gestat. Circa rus meum autumnali tempore, in humidis viarum marginibus, invenitur.

CLASSIS XIV. DE BULLIS.

F Ungillos illos omnes hac classe complectimur, quorum substantia tenuis generatio est, ut in *Hydrophoris*, & quorum forma *Bullas*, seu clavulos illos aemulatur, quibus *Currus*, *Subsellia*, & alia id genus exornantur.

TAB. XXVII. A. Bulla margine denticulato N. Ex mucoris membranulis surgit pedunculus fordide cinereus, laevis, rigidus, & cavus. Pileolus acuminatus, subrufus, margine denticulato; sulci crebri, albidi, atque profundi. Autumno in locis humidis legitur.

TAB. XXVII. B. Bulla elegans utrimque sulcata N. Ex tenui mucore surgit pedunculus exilis, rigidus, cavus, & albidus. Pileolus totus cinereus, utrimque sulcatus, tenuis, in planum fere expansus, & acuminatus. Autumno ad Flumicini ripas prostat.

TAB. XXVII. C. Bulla caespitosa utrimque sulcata N. Aliquando totus albidus, aliquando totus cinereus est hic fungillus; substantia, loco, & tempore, cum superiori congruit.

TAB. XXVII. D. Bulla utrimque sulcata, disco albedo N. Pedun-

ticulis instructus; sulci crebri, & rufi. Ad Flumicini ripas verno tempore legitur.

TAB. XXVIII. K. *Bulla rufa hispida* N. Ex mucore surgit pedunculus externe rufus, intus albidus, sericosus, rigidus, & cavus. Pileolus pedunculo fortiter adhaerens, umbilicatus, hispidus, villosus, & rufus; sulci rufi, rari, & profundi. Autumno ad Flumicini ripas proffat.

TAB. XXVIII. O. *Bulla lateritia* N. Totus lateritii coloris externe fungillus est. Ex mucoris filamentis candidis surgit pedunculus ventricosus, carnosus, tantillum rigidus, sericosus, & cavus. Pileolus superne dilutior; in sulcis qui rari sunt, & inaequales, saturatior. In locis humidis autumno proffat.

TAB. XXVIII. P. *Bulla cernua extuberante pileolo* N. In fimetis ex albo mucore surgit pedunculus tenax, exilis, rigidus, cavus, & albidus. Pileolus acuminatus, squalido cinereo infectus, cujus cuticula sublaevis, & rigida, utpote variis rhagadibus affecta; sulci crebri, & nigricantes. Vere, & Autumno proffat.

TAB. XXVIII. Q. *Bulla procerca* N. In herbosis, & opacis agrorum limitibus, ex mucoris filamentis surgit pedunculus exilis; procerus, ventricosus, rigidus, & cavus. Pileolus exiguus, acuminatus, & sublaevis; sulci parvi, & rari. Totus tenuis est, atque cinereus.

TAB. XXVIII. R. *Bulla stercoraria cernua* N. Ex mucoris filamentis candidis surgit pedunculus ventricosus, duriusculus, sordide albidus, & cavus. Pileolus hemisphaericus, semper inclinatus, superne sordide albidus, & rhagadibus in cuticula aspersus, circa marginem denticulatus; inferne sulcos crebros, & saturati plumbei coloris habet. Verno tempore circa Rubiconem ad Aemiliam in pratis supra bubulum fimum proffat.

TAB. XXVIII. S. *Bulla stercoraria erecta* N. In bubulo fimio, in pratis ex mucoris filamentis surgit pedunculus firmus, rigidus, albus, cavus, exilis, & oblongus. Pileolus quasi globosus, cuticula rhagadiis disrupta, sublaevis; sulci crebri, & subrufo cinerei.

Hae & superior *Bulla*, & quae ad lit. P, & I proffant sunt ex illis Fungillis, qui supra equinum fimum solent nasci; quare equini fini tantummodo non sunt, sed in aliis etiam & finis, & locis proveniunt; quinimo ex literis Bassii glossi III. eos. Jun. anni 1751. ad me datis, accipio id genus fungillos supra Rhinocerotis finem Bononiæ observasse, sub finem Augusti superioris anni, quando eo deperatus fuerat a quibusdam circulatoribus, quo Italiam, & varias Europae partes peragrabant.

TAB. XXVIII. T. *Bulla lateritia pileolo glandiformi* N. Ex mucoris filamentis autumnali tempore humidis herbosisque in locis surgit pedunculus carnosus, rigidus, cavus, & externe raris, albis villis munitus. Pileolus pedunculo tenacissime adnexus,

R

Ranunculus Bellidiflorus. 12.
 Rhinoceros novissimū transitus per Ita-
 liam. 58.
 Rubicon. ibidem.

S

Sabinianenses vocant Auctorem ad Phi-
 losophicas Institutiones legendas. 1.
 Sardinella. 75.
 Segnerius Joh. Franciscus laud. 10. 61.
 Semina, quae per secessum animalia fe-
 re integra referunt, in Fungis non mu-
 tantur. 6.
 Sphaerocephalus. 32.
 Spongiola, o Roccole 24.
 Stancarius Jo. Antonius laud. ejusque pe-
 ricula de Typhoide meliteni. 17.

T

Targioneus Joannes. 20. & alibi.
 Tichymales sol. punctis croceis notatis
 C. B. P. 291. Tichymali Ciparissae
 vitium. 22.
 Tortius D. Bruno Abb. Vallumbrosanus
 laud. ejusdemque elogium in Placum.
 14.
 Tuberafter quid? 59. Non est Fungorum
 focus. Ibid.
 Tuberafter Fungi optimi. 18. & seq.
 Typhoidis Meliteni vis. 17.

V

Vallinarius Antonius laud. 4.
 Vitmanus Fulgentius Mon. Vallumbro-
 sanus laud. 14.
 Ulva ceretris. 26.
 Volvae definitio. 23.

INDEX SCHEMATUM QUAE IN TABULIS CONTINENTUR.

Tabula I. ABCD. pagina 22.
 Tab. II. ABCDE. p. 23. FGH. p. 24.
 Tab. III. A. p. 25. BCDEF. p. 25.
 GHIKLM. p. 26. NO. p. 27.
 Tab. IV. ABCD. p. 27. EF. p. 28.
 Tab. V. ABCD. p. 29.
 Tab. VI. AB. p. 28. CDE. p. 35.
 Tab. VII. A. p. 29. B. 30. C. 29. DE.
 32. F. 33. G. 31.
 Tab. VIII. ABCDE. p. 31. FGG. 32.
 H. 47.
 Tab. IX. ABC. p. 44. D. 31. E. 38.
 F. 51. G. 49. H. 48. I. 46.
 Tab. X. ABC. p. 10. D. 33. E. 24. F. 31.
 Tab. XI. ABCD. p. 34. EF. 35.
 Tab. XII. ABCDEF. p. 36.
 Tab. XIII. AB. p. 40. CDE. 37. F. 41.
 Tab. XIV. ABC. p. 39. D. 40. E. 39.
 Tab. XV. AB. p. 41. C. 37. D. 47.
 E. 27. F. 41.
 Tab. XVI. A. p. 38. B. 41. C. 47. DE.
 41. FGH. 38.
 Tab. XVII. A. p. 38. B. 48. C. 42. D. 48.
 Tab. XVIII. ABC. p. 42. D. 51. F.
 43. GHI. 38.
 Tab. XIX. A. p. 48. B. 51. C. 43. D. 51.
 E. 43. F. 52. GHI. 43. L. 44. M. 39.
 Tab. XX. A. p. 49. B. 44. C. 33. DEF.
 32. G. 44. HILM. 45.
 Tab. XXI. A. p. 31. BC. 45. DE. 52.

FT. 46.
 Tab. XXII. ABC. p. 49. D. 50. E. 46.
 F. 59. GN. 50.
 Tab. XXIII. AB. p. 50. C. 40. D. 50.
 E. 31.
 Tab. XXIV. A. 61. B. 62. E. 77.
 Tab. XXV. AB. 52. CDEFG. 55.
 Tab. XXVI. A. 53. BCDEF. 54.
 Tab. XXVII. ABCD. 55. E. 56. FG.
 54. H. 55. IK. 31. LO. QR. 56.
 Tab. XXVIII. ABC. p. 56. DEFG.
 HILMN. 57. KOPQR. ST. 58.
 VXYZ. 59.
 Tab. XXIX. AB. 62. CD. 63.
 Tab. XXX. ABCDE. 63. FG. 64.
 Tab. XXXI. AB. 64. CDE. 65.
 Tab. XXXII. AB. p. 66.
 Tab. XXXIII. ABCDEFGH. p.
 67.
 Tab. XXXIV. AB. p. 68.
 Tab. XXXV. ABCD. p. 69. E. 71.
 F. 72.
 Tab. XXXVI. ABCDE. p. 70.
 Tab. XXXVII. AB. p. 68. C. 69. D.
 70. EFGH. 71.
 Tab. XXXVIII. AB. p. 72. CD. 73.
 EFG. 72.
 Tab. XXXIX. ABCV. fig. I. II. III.
 IV. V. p. 74.
 Tab. XL. ABCDEFGHI. 76.

